This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

600030939U

G.69. L. 5.



E. BIBL. RADCL.

10.
C. 3.
14.

1949 e. 11.




CAROLI AVGVSTI DE BERGEN

MED. D. ET PROF. PVBL. ORD.

FLORA FRANCOFVRTANA

METHODO FACILI

ELABORATA

ACCEDVNT COGITATA DE STVDIO B
TANICES METHODICE ET QVIDE
PROPRIO MARTE ADDISCENDAE,
TERMINORVM TECHNICORVM
NOMENCLATOR,

ET

NECESSARII INDICES.

Francofurti ad Viadrum 1750.
APVD IOANNEM CHRISTIANVM KLEY

PRAEFATIO.

L. B. S.

Offero Tibi candide Lector hoc in compendio ſtirpes circa Francofurtum ad Viadrum naſcentes; quo quidem crambem biſcoctam me

apponere exiſtimabunt, quibus clari viri M. D. IOHRENII quondam Profeſſoris phyſices et matheſeos huius loci merita in rem herbariam edito *Hodoego* ſ. *Vademecum botanico*, perſpecta ſunt. Veruntamen cum exemplaria elegantis huius libelli deficiant et bibliopola nouam editionem meis commiſerit curis, nolui amplius eius refragari deſideriis probe conſcius, quantos

ab

ab eo tempore botanica progreſſus fecerit, et quot etiam plantae hic reperiantur a laudato praeteruiſſe viro. Quid ergo praeſtiterim, Tuo, lector candide, iudicio relictum volo; id ſaltem, ſine vlla laudis captatione tacere nefas duco, me plus quam nouam editionem *bodoegi* adornaſſe, cum plantarum numerus neglectis etiam iis quas cultura profert, in praeſenti *Flo-*

ra non ſolum altero tanto major exiſtat, ſed etiam ſyſtema, quod ſecutus eſt ille, limatius reddere, ſpecies ad ſua genera naturalia reducere, claſſes novas inſtruere, ſuperfluas abolere conatus ſim. Non minus, niſi me omnia fallant, iſtiusmodi compendium conſcribere volui, quo, qui diſcendae botanicae operam navant, citra praeceptoris manuductionem, quam tamen nihilomi-

rac regno. Si quis porro tam multiformem plantarum in tot indiuiduis ſtructuram, tantam in ſingulis figurae, magnitudinis, colorum, odorum ſaporumque varietates perpendit, non aliud euitandae confuſionis poterit excogitari medium, niſi id, quod ſimilitudines comparando tot diſſimilia in certum quendam ordinem adduceret. Hunc ordinem naſci ex cognitione partium plantae prae caeteris immutabilium prioris labentis et noſtri ſeculi ſcriptores recte agnouere. Quae cum ita ſint, ſponte hinc fluere quis non videt, omnes ac ſingulos, qui rei herbariae operam nouant commoda methodo, quo denſam ſtirpium ſyluam ad ſua *genera ſpecies* et paucas *claſſes* reducunt, carere omnino non poſſe, haud ſecus atque in ordinanda bibliotheca libri ſi pauci ſint numero, facilius ſiquidem ſecundum formae magnitudinem; rectius vero, vbi maiori copia affluunt, ex rerum, quas tractant, natura diſponuntur.

1. Defi-

1. Definio *methodum botanicam* per ſcientiam plantam quamcunque abomnibus aliis diſtinguendi atque ſuo conuenienti nomine ad certam claſſem et genus redigendi

2. Hanc (1) voco ſcientiam, quia ſyſtematice veritates inter ſe et cum ſuis principiis connectit.

3. Nulla planta ab alia diſtingui poteſt, niſi certis notis, quas natura diuerſis partibus eius, vel partibus iisdem, inter ſe tamen diſcrepantibus, impreſſit.

4. *Partes* ſtirpium voco *radicem*, *truncum*, *caules*, *folia*, *flores*, *fructus*, *ſemina*: harum quaedam ad condendam methodum ſunt *primariae*, vt flores, fructus, ſemina, quaedam *ſecundariae*, vt radix truncus, caules, folia. Prioribus natura certas et conſtantes tribuit notas, quibusplantae à ſe inuicem commode diſtinguuntur.

5. Floris in fructum ſucceſſiua commutatio actus naturae eſt, et vocatur *Fructificatio*.

6. Floris et fructus ſ. fructificationis (5) partes ſunt *calyx*, *corolla*, *ſtamina*, *piſtillum*, *pericarpium*, *ſemen*, *receptaculum* ſ. *thalamus*, quarum functiones et diuerſitates enumerat nomenclator botanicus.

7. *Plantae* quibus omnes fructificationis (5) partes (6) inſunt, botanicis caeteris *perfectiores* dicuntur.

8. Dantur ergo, quibus non omnes fructificationis partes (6) inſunt, nulla tamen hactenus inuenta eſt, quae omnibus omnino careat.

9. Omnes fructificationis partes (6), quatenus numero figura, proportione, ſitu, inter ſe differunt, largiuntur *notas characteriſticas*, quibus conuenientia vel differentia plantarum eruitur. Sunt ergo fundamenta methodi botanicae iuxta quam ſyſtematica plantarum partitio fieri debet.

10. Quoduis ſyſtema botanicum his fundamentis (9) ſuperſtructum certa ſub ſe comprehendit membra, *claſſes* nempe, *claſſium ordines*, *genera*, *ſpecies*, *varietates*, ſub quibus tot vegetantium millia quaeri debent.

11. *Species* (10) plantarum tot alit tellus, quot creatae diuerſae ſunt in principio plantarum formae.

12. *Species eiusdem generis* voco plantas cum TOVRNEFORTIO quae praeter characterem proprium, alia ſingulari nota diſtinguuntur a caeteris eiusdem generis.

13. *Varietates* (10) ceu anomaliae ſpecierum tot ſunt quot differentes plantae in partibus ſecundariis (4) ex vno eodemque ſemine ſunt productae.

14. *Generis* (10) nomine aliud nihil intelligimus praeter congeriem plantarum quibus nota propria ſ. character idem apprime conuenit. Noſcitur ergo genus ex ſimilitudine plurium ſpecierum.

15. Genere per ſimilitudinem ſpecierum definito horum tot erunt quot diuerſe conſtructae fructificationes (11) in plantis

tis occurrunt. Specierum vnius generis (12) tot ſunt, quot attributa proxima diſtinctarum ſpecierum.

16. *Claſſis* (10) eſt plurium generum (14) congeries, quibus partium fructificationis (5. 6.) quaedam nota propria eſt, vt ab omnibus aliis generibus prorſus differant.

17. *Claſſium ordines* (10) ſunt claſſis ſubdiuiſiones ex generum quorundam numero ad ſubleuandam diſcentium memoriam et auertendam confuſionem adornatae, ita tamen vt genera inter ſe affinia propius collocentur.

18. Naturae opus ſemper eſt ſpecies (11), et genus (14), culturae ſaepe variatio 13). Artis et naturae claſſis (13) et ordo (16).

19. *Facies* plantarum *externa* ſ. *habitus* eſt certa partium ſecundariarum (4) diſpoſitio, quae ad genus (14) ſtabiliendum nil valet, ſed qua plures plantae conuenire poſſunt licet diuerſiſſimi ſint generis.

20. Cogit tamen aliquando botanicos ſumma habitus (19), diſcrepantia noua formare genera (14), licet fructificatio vna fere et eadem ſit; alias populus, ſalix, conuoluuli, cucurbitae, vnius eſſent generis, quo nihil ineptius.

21. Manet tamen veritas ſequentis propoſitionis: quo rarius in formatione generis (14) deſcendamus ad partes ſecundarias

(4) et faciem externam (19) eo maior ſyſtematis puritas.

22. Pro formando claſſium (16) charactere, quae clauem methodi conſtituunt in plantis flore perfecto vna vel altera plerumque ſufficit fructificationis pars (6), in plantis autem flore imperfecto vel plane obſcuro ad habitum (19) et partes ſecundarias (4) confugimus.

23) Preſſius itaque methodus botanica eſt certus plantarum ordo ex conuenientia characteris ſpecifici, generici et claſſici conſtitutus et formatus. Non ergo quaelicet diſpoſitio methodica dici poteſt, ſed illa quae per characteres aſſumtos ſtabilitur.

24. Partes fructificationis (6) multiplices occaſionem dedere multis excogitandis methodis.

25. Ex fructu (4) ſyſtema condidit primus CAESALPINVS, cui gloria inuentae methodi poſt eius veſtigia legere HERMANNVS, KNAVTIVS. Ex fructu et corolla (6) MORISONVS, RAIVS, BOERHAVIVS. ex corolla (6) TOVRNEFORTIVS, RIVINVS, PONTEDERA. ex calyce MAGNOLIVS et problematice LINNAEVS. ex ſtaminibus et piſtillo (6) LINNAEVS ex corolla ſtaminibus et fructu HALLERVS.

26. Tot methodi (23) ad vnum omnes plus minusue artificiales ſunt, vnde primum et vltimum in doctrina botanica quaeſitum

eſt

eſt *methodus naturalis*, quae adhuc dum deſideratur. Fragmenta eius dedit Clar. Linnaeus, cuius et propemodum omnia ſunt, quae in his praeceptis traduntur.

17. Quae in vno genere (14) ad genus ſtabiliendum valent, non idem neceſſario praeſtant in altero.

18. In plerisque generibus (14) nota aliqua fructificationis (6) ſingularis obſeruatur.

19. Quo conſtantior pars aliqua fructificationis (6) eſt in pluribus ſpeciebus (10), eo certiorem exhibet notam genericam.

20. Figura floris (6) certior eſt quam fructus in plerisque generibus.

21. Luxuriantes flores vt pleni monstroſi, caſtrati, in genere conſtituendo attendi non debent.

22. Flores pleni a calyce et infirma petalorum ſerie, ad ſui generis naturales reducuntur.

23. Genus vnica ſpecie conſtare poteſt, licet plurimis plerumque componatur.

24. *Denominatio* alterum methodi membrum facta diſpoſitione ſequatur neceſſe eſt.

25. A primariarum plantae partium (4) ſtructura, generum diuerſitas petenda eſt.

26. Quaecunque plantae genere (14) conueniunt, eodem nomine generico deſignandae ſunt.

27. Qui nouum genus (14) conſtituit, eidem nomen etiam imponere tenetur.

38. Nomina generica quae characterem vel faciem plantae exhibent, optima ſunt.

39. In appellatione generis vnicum tantum vocabulum, cum notione characteris ſic coniungi oportet, vt nullatenus adhibeatur ad diuerſa plantarum genera ſignificanda.

40. Multa nihilominus reperiuntur nomina generica, quae ad conſeruandam memoriam virorum de re herbaria bene meritorum, plantis ſunt data. Sed hic quoque valet illud tritum: ne quid nimis, metu ne poſteris ad vanitatem potius quam vtilitatem comparata videatur ſtirpium appellatio.

41. Nomen genericum ſingulis ſpeciebus (11) applicari debet.

42 Nomina claſſium (16) vel ordinum (17) quae notam aliquam characteriſticam generis enunciant, optima ſunt.

43. Quum pleraeque claſſes (16) in Tournefortiano ſyſtemate ſint artificiales, harum denominatio ab arbitrio ſyſtematici dependent.

44. Specierum (11) denominatio botanicis deſumitur à partium ſecundariarum (4) radicis ſcil. caulis, foliorum etc. differentiis.

45. Nomen ſpecificum primo aſpectu plantam manifeſtat, ſi differentiam plantae ſpecificam continet.

46. Radix, caules, folia, fulcra, ſcapus etc. opti-

optimas ſpecierum differentias exhibent, inter recentiores tamen ſunt, qui has notas ex partibus fructificationis (6) deſumunt.

47. Prolixis et ſeptempedalibus recentiorum nominibus ſpecificis, licet diſcentium memoriae fatiscenti non conſulatur, hoc interim commodi emergit quod plantae graphice deſcribantur.

48. TOVRNEFORTIVS quem potiſſimum ſecuturi ſumus, claſſes (16) a corolla (6); claſſium ordines (17) à ſitu receptaculi floris, ſupra aut infra germen, tituli piſtilli aut calycis in fructum abeuntis; genera (14) ex flore fructu et ſeminibus conſtituit. Varietates à ſpeciebus non ſatis ſeparauit, et generum puritati non vbique proſpexit, quin aliquando iſta a conditione partium ſecundariarum (4) conſtituerit.

49. Tandem botanophilus ſedulo euoluat et ruminet nomenclatorem, vt ſibi linguam botanicorum familiarem reddat, omnesque definitiones, ipſas inſpiciendo plantas examinet, donec hisce praeceptis ſe ſatis imbutum cognouerit.

50. Non minus eodem fine ſchema claſſium harumque ordines legat, relegat, et memoriae mandet omnisque generis flores ex archetypo naturae ſibi reddat perſpectos.

51. Poſtquam hanc ſibi notitiam acquiſi-

uit exſpatietur ſedulo in campos, prata, nemora, montes, vallesque. legat obuias et quidem florentes plantas in iisque recentibus adhuc praeter omnes fructificationis partes (6), quod palmarium eſt, ſedulo pariter et curate notet ſibi radicis, caulis, ramorum, foliorum figuram, locum, numerum, proportionem, magnitudinem etc. eaque pugillaribus ſuis inſeret omnia.

52. Quos labores annuo ſ bienni ſpatio ſi continuauerit, ſpes eſt fore vt propediem elegantem ſibi ſtirpium notitiam comparabit, eamque talem, qua inſtructus in poſterum cum fructu exotica tractabit.

Ariſta in cerealibus dicitur illa tenuis et eminens e gluma acus. *Ariſtatum* quod eiusmodi acu ſ. ſpina eſt donatum.

Articulatio eſt illa partium connexio quae certis plantarum ſiliquis, vel etiam radicibus propria eſt, qua ſolubili nexu inter ſe connectuntur.

Aſparagus. Aſparagi. prima olerum germina edulia vocantur.

Axis in botanicis audit illa certorum fructuum ac nucamentorum pars quae in centro poſita iuxta ſe diſpoſitas habet reliquas fructus partes.

Bacca eſt ſpecies fructus. Inter acinos et baccas hoc diſcrimen intercredit, vt priores ceu fructus herbarum minores, denſius naſcantur, hae grandiores et rariores ſint.

Barba eſt RIVINO florum galeatorum labium inferius.

Barbula. Barbulae vocantur floſculi in floribus discoideis, discum coronae inſtar cingentes, vocantur et *radii.*

Biualuis. biualue. dicitur de conceptaculo ſeminali per maturitatem vtrinque dehiscente, intelligitur vtplurimum de leguminoſis.

Botanica eſt ſcientia naturalis, quae vegetabilium cognitionem tradit.

Botanici ex fundamento gemino botanicam intelligere debent, omniaque vegetabilia nomine intelligibili deſignare.

Bra-

Brachia in arboribus ſunt rami craſſiores in quos truncus diuiditur.

Bracteatus flos idem ac flos petalodes perfectus.

Bulbus, i. ſunt radices ſphaericae ex membranis tunicatis conſtantes vid. radix.

Calcar dicitur floris illa pars quae velut cauda acuta ex fundo floris poſteriori producitur.

Calyciſta dicitur LINNAEO botanicus ſyſtematicus qui claſſes plantarum a calyce ordinat. vt MAGNOLIVS etc.

Calyptra. Inuolucrum tenue quorundam ſeminum; quandoque ſpecies calycis.

Calyx. iuſta TOVRNEFORTIVM eſt pars floris poſterior, craſſitudine quadam notabili a pediculo diſtincta. Inuoluit autem florem vel ſuſtinet vel vtrumque praeſtat. Communiter marceſcit et decidit cum piſtillum abit in fructum; aut ſi calyx in fructum mutatur piſtillum marceſcit. In nonnullis floribus geminus eſt, in aliis, vt in florum compoſitorum claſſibus vnus eſt communis, plures proprii, pro totidem floſculis calyce communi exceptis. Multi etiam flores calyce carent. aliis etiam vocatur perianthium. LINNAEVS tamen aliquam differentiam ſtatuit, pedunculo vtplurimum continuus eſt, raro contiguus.

Capillamenta ſunt ſtamina quae apicibus carent.

Capi-

Capitulum eſt figura florum quam plures in eodem loco congregati formant glomerem quaſi florum conſtituentes.

Capreoli ſunt filamenta cincinni in modum contorta, quibus planta vicinis ſtirpibus, ſtipitibusue ſe implicans in altum enititur. Synonymo ſunt *clauiculi*, *viticuli cirrhi*.

Capſula eſt theca ſeminalis in multis loco fructus, ſiue craſſa ſiue tenuis fuerit, plerumque ſicca et breuis eſt, vt diſtinguatur a ſiliqua, hinc plantae unicapſulares, bicapſulares.

Carina eſt floris papilionacei infimum petalum. Folia ſi dicuntur carinata in angulum plerumque acutum excauantur.

Caro dicitur vulgo ſubſtantia fructus mollior, ſucculenta et pulpoſa, ſynonima ſunt *pulpa*, *pericarpium*.

Caudex vocatur plantarum pars quae a radice verſus ſuperiora extenditur proprie in arboribus et fruticibus occurrit. Certo reſpecta truncus, caulis, ſcapus, ſtipes, culmus, ſynonyma ſunt.

Caulis eſt virga herbarum e radice emergens folia floresque ferens, eſtque ſimplex vel compoſitus.

Caulis alatus qui ſecundum longitudinem eſt foliatus.

Caulis polyanthos. qui plures quam vnum ſuſtinet florem.

Cerealea. *Cereales plantae* a Cerere dictae, qua-

quarum flores in glumam vel ſpicam colliguntur. Semina largiuntur farinam, hominum et brutorum pabulum.

Cirrhus dicuntur plantarum capillamenta contorta et criſpa, idem ac capreoli. *Radices cirrhatae* quae veluti crinibus comantur.

Clauiculus idem ac cirrhus, vt in multis plantis leguminoſis.

Coma dicitur quando capitulo vel ſpicae plura folia colorata inſident floribus in capitulum collectis.

Conceptaculum eſt ſpecies pericarpii ſicci pulpa deſtituti.

Conus eſt turbo inuerſus pyramidis inſtar, ſemina in commiſſuris ſquamoſis continens, tales ſunt fructus arborum, quarum flores a fructu remoti. Vnde *coniferae arbores*, quae nobis peculiarem claſſem conſtituunt.

Corolla. Floris quaſi auleum, eſt pars floris varie colorata ex vnico vel pluribus fruſtis conſtans, quae petala audiunt, vnde ſcitur quid *corolla monopetala, polypetala.* Cum ſtaminibus ſitu alternant petala in multis floribus. Partes corollae ſunt *tubus limbus, laciniae.*

Coroliſta dicitur Linnaeo botanicus ſyſtematicus, qui a corolla claſſes diſtinguit, vt TOVRNEFORTIVS, RIVINVS.

Corona eſt floris radiati limbus, ex barbulis in diſcum poſitis conſtans.

Corym-

Corymbus TOVRNEFORTIO eſt, ſi fructus aciniformes in capitulum colliguntur. RAIVS hoc nomine denotat flores discoideos, qui in pappos non abeunt. *Flores corymboſi* ſaepe ad umbellae formam accedunt, vt in ſambuco.

Coſta dicitur petioli productio, cui in foliis pinnatis, pinnulae ſ. foliola accreſcunt.

Crenae ſunt quaedam in extremis foliorum oris inciſurae.

Cotyledon eſt pars ex ſemine vel radice efflorescens, in qua tenerae plantae ſuccus nutritius praeparatur, non ſecus ac in animalium organis. In quibusdam una, in plerisque plantis duae cotyledones ſunt, hinc nata eſt diuiſio plantarum, in monocotyledones et dicotyledones.

Culmus eſt caulis ſ. ſcapus cerealium et graminum geniculatus,quo ſe diſtinguunt ab aliis gramineis flore ſtamineo, eſtque integer, ramoſus, foliatus vel nudus.

Diſcus eſt floris radiati media pars, ex floſculis tota conſtans.

Diſſepimentum. Septum intermedium, quo fructus cauitas in loculamenta diuiditur.

Drupa eſt ſpecies fructus, quae a baccis differt pauco et duro pericarpio, nucem unicam continente.

Embryo tenerrimus plantae foetus, cuius partes euolui geſtiunt.

Faux. LINNAEO dicitur ſuprema florum

labiatorum et anomalorum monopetalorum amplitudo ad labiorum aperturam occurrens.

Feſtuca. botanicis non ſolum graminis genus eſt, ſed et in claſſe graminum denotat.

Filamentum. LINNAEO eſt ſtaminum ſtylus antheram ſuſtinens, dicitur etiam *capillamentum*; in paucis plantis unicum vel duo, plura in reliquis. In aliis deficit vbi antherae ſunt ſeſſiles, et ſi adſunt nunc calyci, nunc corollae, nunc piſtillo, nunc thalamo adhaerent. Proprie ſunt vaſa ſpermatica organorum virilium floris.

Filices dicuntur plantae, quae conſpicuis floribus deſtituuntur, ſed in foliorum ſuperficie gerunt vtriculos ſeminiferos; vocantur etiam plantae *dorſiferae* vel *epiphyllospermae*, et nobis peculiarem claſſem conſtituunt.

Flagellum eſt palmes induratus, ad caulis ſimilitudinem accedens.

Flos eſt plantae pars, coloribus propriis perſaepe inſignis, fructuique naſcenti plerumque praecedens, cui primum alimentum ad tenerrima eius organa explicanda et formanda ſuppeditare videtur. Conſtat ſi completus eſt, ex corolla, ſtaminibus, piſtillo et embryone futuri fructus, ſi incompletus eſt, vna vel plures ex his partibus deficiunt. Sunt itaque flores veluti viſcera quaedam, ad fructus incrementum comparata.

Flos

Flos aggregatus. Quandoque Synonymum floris compoſiti eſt. Alii ita dicuntur flores denſe poſiti ſiue ſimplices ſiue compoſiti fuerint.

Flos amentaceus eſt flos ſterilis vel masculinus nunc ſtaminibus tantum, aut apicibus, nunc foliolis quibusdam componitur, axi cuidam affixis inſtar amenti ſiue lori, qui vel in diſtinctis indiuiduis vel in plantis floribus foecundis ſimul donatis, occurrunt.

Flos androgynus, idem ac *hermaphroditus*, eſt flos, qui piſtillo et ſtaminibus donatur.

Flos apetalos dicitur, qui petalis ſ. corolla caret et totus ex ſtaminibus vel capillamentis conſtat; eſt flos claſſicus.

Flos campaniformis. TOVRNEFORTIO eſt qui ad campanae formam accedit, diuiditur in fundum, latera & limbum pro quorum diuerſitate quatuor habet ſpecies, ſcilicet 1) Florem campaniformem ſtricte ſic dictum. 2) Florem campaniformem tubulatum, qui anguſtus et oblongus. 3) Florem campaniformen peluiformem vel patentem. 4) Florem companiformem globoſum, cuius os anguſtius eſt ventre, caeteroquin claſſem conſtituit.

Flos capillaceus, idem ac flos apetalos.

Flos caryophyllaeus in eo differt a roſaceo, quod eius petala ex ipſo calyce tanquam e tubulo emergant. Eſt flos claſſicus.

Flos claſſicus eſt qui claſſem ſyſtematis conſtituit.

Flos compoſitus is eſt, qui componitur ex floſculis et ſemifloſculis omnibus ſeſſilibus et communi receptaculo et calyce contentis. Differt ab vmbella, corymbo, ſpica, quod floſculi omnes communi calyce inuoluantur.

Flos cruciformis eſt flos polypetalos, qui ex quatuor petalis conficitur, crucis in modum poſitis et cuius calix ſi adeſt, quatuor foliola obtinet, eodem ordine poſita, cuiusque piſtillum ſemper abit in fructum. Eſt flos claſſicus.

Flos discoidaeus RAIO eſt id quod TOVRNEFORTIO floſculoſus.

Flos floſculoſus ex plurimis floſculis componitur denſe poſitis, et eodem calyce comprehenſis.

Flos foecundus. qui piſtillum habet, et embryoni ſ. ouario adhaeret.

Flos foemineus. LINNAEO dicitur, qui cum, vel ſine calyce et corolla piſtillum gerit, excluſis ſtaminibus, qui et germina abortiua gerit.

Flos galeatus eſt ſpecies floris labiati, qui galeam figura refert.

Flos hermaphroditus audit LINNAEO, qui cum, vel ſine calyce et corolla antheras et piſtillum vnicum, vel plura gerit, horum numerus frequentiſſimus eſt in regno vegetabili.

Flos infundibuliformis ab infundibuli forma nomen habet, inferior pars in tubum elongatur

gatur ſuperior in diſcum dilatatur; diuiditur *Tournefortio* in florem infundibuliformem ſtricte ſic dictum, infundibuliformem hypocrateriformem, et infundibuliformem rotatum. Eſt flos claſſicus.

Flos infundibuliformis hypocrateriformis eſt cuius floris tubus hypocraterem ſeu vas quod poculis inter bibendum ſupponi ſolet, refert.

Flos infundibuliformis rotatus à ſimilitudine rotae nomen inuenit.

Flos irregularis aut irregularem corollam habet, aut ſi polypetalus eſt petala habet inaequalis ſitus, figurae & magnitudinis.

Flos labiatus eſt flos monopetalus anomalus, inferne tenuatur in fiſtulam, ſuperne ampliatur in labium vel vnicum vel geminum; huius floris piſtillum abit in fructum ex quatuor ſeminibus conſtantem, in ipſo calyce matureſcentibus. Eſt flos claſſicus.

Flos ligulatus dicitur cuius corolla in tubum protenditur ligulatum: maxime occurrit in floſculis florum compoſitorum, eſtque hic androgynus, maſculinus, foemininus, neuter.

Flos liliaceus vel conſtat ex petalis ſex, raro tribus, vel in ſex partes ſecatur ad lilii ſaepe formam accedens. Ipſi proprium eſt, vt piſtillum eius aut calyx abeat in fructum trilocularem. Eſt flos claſſicus.

Flos maſculinus dicitur LINNAEO, qui cum vel ſine calyce & corolla antheras et ſtamina gerit, excluſo piſtillo et germine.

Flos monopetalus eſt flos ſimplex, cuius corolla ex vnico petalo conſtat.

Flos monopetalus - anomalus. ob formae ſingularitatem, qua mox auriculam, mox vngulam, mox confictam faciem ſiue perſonam, mox roſtrum animalis etc. repraeſentat, a labiatis differt, quod illorum piſtillum abeat in capſulam ſeminum à calyce omnino diſtinctam. Eſt flos claſſicus.

Flos papilionaceus conſtat ex petalis diſſimilibus, quorum ſuperius *vexillum*, inferius *carina*, lateralia duo *alae* nuncupantur. Huic proprium eſt, vt piſtillum abeat in fructum, qui ſiliqua vocari ſolet. Eſt flos claſſicus.

Flos perfectus dicitur qui omnibus floris partibus gaudet. hinc ſcitur quid imperfectus.

Flos perſonatus eſt, flos ex claſſe florum monopetalorum anomalorum.

Flos petalodes eſt qui praeter ſtamina vel piſtillum ex petalis conſtat caducis, in inuolucrum ſeminum nequaquam abeuntibus.

Flos plenus eſt, cum corollae petala adeo multiplicantur, vt in tantum vel in totum ſtamina excludat.

Flos polypetalus eſt, cuius corolla ex plurimis petalis, ſ. foliolis conſtat.

Flos

Flos prolifer dicitur, cum intra florem alii naſcantur flores.

Flos radiatus eſt TOVRNEFORTIO, aui duas partes habet, quarum, quae medium tenet, diſcus dicitur, ex flosculis tota conſtans, quae circumferentiam, corona nominatur ex ſemifloſculis facta. Singuli vtriusque ſuo embryoni ſolent inſidere, communique calyce comprehendi, cuius fundus thalamus appellatur. Eſt flos claſſicus.

Flos roſaceus ex pluribus aut paucioribus petalis quam quatuor componitur, in orbem poſitis, modo quo roſae petala disponuntur. Eſt flos claſſicus.

Flos roſaceus vmbellatus, quando plures floſculi pentapetali roſaei, pediculo inſident et in capitula quaedam colliguntur, pediculis longioribus innixa. Calyx abit in fructum duobus ſeminibus compoſitum. Eſt flos claſſicus.

Flos rotatus eſt ſpecies floris infundibuliformis rotae formam exhibens.

Flos ſemifloſculoſus e ſemifloſculis conficitur denſe in orbem poſitis, eodemque calyce comprehenſis. Eſt flos claſſicus.

Flos ſimplex TOVRNEFORTIO eſt flos, qui flosculis et ſemiflosculis caret, quique vel mono-vel polypetalus cum vel ſine calyce piſtillum & ſtamina inuoluit.

Flos ſolitarius eſt flos plantae unicus in apice caudicis diſpoſitus. Flores ſolitarii ſ. ar-

ſim poſiti ſunt in omnibus ramorum vel alis foliorum.

Flos ſpicatus vbi plures floſculi in vna haerent ſpica.

Flos ſtamineus. idem ac flos apetalos.

Flos ſterilis, eſt qui nullum piſtillum habet, quique nulli adhaereſcit embryoni. idem ac flos maſculinus.

Flos vmbellatus eſt flos aggregatus, vbi plures floſculi vno receptaculo continentur.

Flos verticillatus dicitur, vbi plures flores ad caulis ambitum verticilli inſtar ponuntur.

Floſculi ſunt in floribus compoſitis corollulae fiſtuloſae tenues, quarum ſuprema pars multifariam ampliatur, ſaepe inſtar ſtellae diuiſa. Singuli tenero fructui inſident, e quo ſurgit piſtillum vltra tubum corollulae protenſum, fundus calycis hos embryones comprehendens dicitur thalamus. Suntque vel androgyni, ſtaminibus et piſtillo inſtructi, vel maſculi etiam ſi ſtamina duntaxat adſint, vel foeminini ſi piſtillam ſolum, vel neutri, ſi neque ſtamina neque piſtillum adſunt.

Folia plantarum ex radicibus caulibus ramisque naſcentia; ſunt vel ſimplicia vel compoſita vel determinata.

Folium compoſitum eſt, ſi vno petiolo plura affiguntur folia.

Foliorum compoſitorum ſpecies ſunt, digitatum, binatum, ternatum ramoſum, pinnatum, con-

coniugatum, decompoſitum, duplicato-pinnatum etc.

Folia determinata dicuntur, quae ratione directionis, loci, ſitus et inſertionis peculiare quid exhibent.

Foliorum determinatorum ſpecies ſunt 1) ratione directionis: *inflexum*, *erectum*, *reflexum*, *radicans*, *natans*. 2) ratione loci: *ſeminale*, *radicale*, *caulinum*, *florale*, *ſubulare*. 3) ratione ſitus: *ſena*, *terna*, *quaterna*, etc. *oppoſita*, *alterna*, *conferta*, *imbricata*, *faſciculata*, *aceroſa*. 4) ratione inſertionis: *peltatum*, *ſeſſile*, *amplexicaule*, *perfoliatum*.

Folium ſimplex eſt cum petiolus vnum modo gerit folium.

Foliorum ſimplicium ſpecies ſunt 1) ratione figurae: *reniforme*, *cordatum*, *obuerſe-cordatum*, *lunulatum*, *ſagittatum*, *haſtatum*, *trilobum*, *palmatum*, *pinnatifidum*, *laciniatum*, *ſinuatum*, *integrum*, *orbiculatum*, *ſubrotundum*, *ouatum*, *oblongum*, *cuneiforme*, *lanceolatum*, *lineare*, *ſubulatum*, *triangulare*. 2) ratione marginis *dentatum*, *ſerratum*, *crenatum*, *lacerum*, *ciliatum*, *criſpum*. 3) ratione ſuperficiei: *piloſum*, *tomentoſum*, *hirſutum*, *villoſum*, *ſcabrum*, *hiſpidum*, *aculeatum*, *ſpinoſum*, *papilloſum*, *nitidum*, *vndulatum*, *rugoſum*, *venoſum*, *neruoſum*, *glabrum*, *planum*, *nudum*.

Folliculus eſt theca membranacea ſ. foliacea, quae fructum vel ſemen continet; quan-

doque plures congeſti fructum conſtituunt.

Fructificatio continet partes floris et fructus, quae ſunt calyx, corolla, ſtamina, piſtillum, pericarpium, ſemen, receptaculum.

Fructiſta LINNAEO dicitur botanicus ſyſtematicus, qui a pericarpio, ſemine, vel a receptaculo claſſes componit, vt Caeſalpinus, Moriſonus Hermannus, Raius etc.

Fructus eſt, quod carne ſ. pericarpio et ſemine compoſitum eſt, ſaepe eſt capſula ſemina includens.

Fructus umbilicatus, qui tuberculum vel foueam in medio habet.

Frutex dicitur planta perennis et gemmipara, trunco vt plurimum lignoſo et multiplici, quae ad proceritatem arboris non exſurgit.

Fulcra plantarum ſunt ſexduplicia, bractea, cirrhus, mucro, aculeus, petiolus, pedunculus.

Fungi ſunt plantae imperfectae, ex radice trunco et loco ramorum et foliorum pileo donatae, fructificationis partes vel nullas vel obſcuriſſimas habentes. Nobis claſſem conſtituunt.

Gemma eſt tuberculum in ramis plantarum, ex quo noui ramusculi, vel folia vel flores emergunt.

Geniculum idem ac nodus vel articulus.

Germen eſt pars piſtilli inferior ſeu tener em-

embryo per maturitatem in fructum mutatus, adeſt etiam in plantis ſtylo piſtilli deſtitutis.

Gramina ſunt plantae ratione floris imperfectae, quae loco caulis culmum habent, in calyce bifolio ſemen unicum et ſtamina gerentes, omnia monocotyledona et foliis integerrimis. Nobis claſſem merito conſtituunt.

Gluma folliculus granorum cerealium.

Gymnoſperma planta RAIO eſt, quae ſemen nudum fert.

Herba eſt plantae genus, cuius caulis ſingulis annis perit. Species ſunt annua, bima, trimaue, ſemper virens.

Herbarium ſ. *hortum ſiccum* appellant collectionem plantarum exſiccatarum, quae intra chartas adſeruantur.

Internodium eſt, quod inter artus vel genicula medium intercedit.

Inuolucrum, ſpecies calycis foliacei in vmbelliferis, umbellas vniuerſales vel partiales circumdans, unde eſt vel uniuerſale vel partiale.

Iuba eſt effuſa milii et ſimilium plantarum coma.

Iulus eſt congeries florum apetalorum ſterilium, lori inſtar ſ. verucis effigie ab arboribus, dependens, idem cum amento, nucamento.

Labium. a. dicuntur TOVRNEFORTIO petala florum labiatorum, vel petalorum laci-

niae. LINNAEO ita etiam vocantur ſimilia ſegmenta in calycibus.

Labellum HALLERO dicitur in floribus polypetalis anomalis, petalum infimum propendens, quod LINNAEVS nectarium vocat.

Lacineae ſunt foliorum, foliolorum calycis, et petalorum corollae, caeſurae in margine notatae.

Lanugo idem ac pappus.

Legumen eſt capſula ſeminalis biualvis, cuius vni lateri ſemina adhaerent.

Lichenes conſtituunt peculiarem exſuccarum plantarum familiam, muſcis adfinem, quae corolla et ſtaminibus carent, ſed quibus florum et ſeminum analoga corpuſcula ſunt.

Limbus eſt margo corollae vel nectarii.

Lithophyta ſunt plantae lapidis inſtar induratae et exſuccae, vtplurimum maris incolae. Noſtram non tangunt floram.

Lobus idem ac pinna folii pinnati.

Loculamentum. a. una vel plures cellulae ipſius fructus.

Locuſta in graminum et cerealium deſcriptione ſumitur ſecundum TOVRNEFORTIVM pro quolibet flore granoque obuolutis: recentioribus denotat glumoſos calyces ariſtam floralem continentes.

Malicorium dicitur putamen mali punici.

Malleolus eſt nouellus palmes, innatus prioris anni flagello. *Me-*

Methodici de diſpoſitione et inde facta denominatione vegetabilium ſolliciti ſunt.

Muſcarium dicuntur faſces et comae florum radiatorum.

Muſci ſunt plantae puſillae imperfectae ratione floris, virentes, quibus caules in radicum naturam abeunt, et quibus loco ſtaminum et ſeminum analoga corpuſcula ſunt. Claſſem nobis conſtitunt.

Nectarium LINNAEO dicitur corollae in pluribus floribus quaſi appendix, nectare ſ. melleo ſucco plenus, multiformis, quandoque plura foliola, quandoque unicum in calcaris formam contortum, quandoque nudas duntaxat foueolas in ungue petalorum, vt in liliaceis, conſtituens. Hoc magni facit in ſyſtemate condendo Linnaeus.

Neruus eſt petioli productio quae in membranoſa folii parte mediam excurrit.

Nucamentum idem ac amentum.

Nucleus ſumitur 1) pro parte eduli fructuum, in oſſea capſula reconditorum, 2) pro cohaerentibus bulbis, radicum bulboſarum.

Nux eſt ſpecies fructus, vbi nucleus oſſeo putamini includitur.

Oſſiculum. pars illa dura fructuum, in qua nucleus reconditur, dicitur etiam de duris ac calloſis ſeminibus.

Ouarium eſt baſis ſ. pars piſtilli inferior, ab aliis germen vel embryo nominatur futuri

turi fructus rudimenta continens; mole auctum et extenſum fructum conſtituit.

Panicula, ea graminum et cerealium diſpoſitio, qua non in ſpicam colliguntur, ſed latius effunduntur.

Pappus, ea lanugo ex plurimis tenuibusque plumis ſiue villis, quae ſeminibus quibusdam adhaeret, quaeque immediate vel interpoſito petiolo accrescit, vnde ſcitur quid papposa planta, papposum ſemen, pappus ſeſſilis etc.

Pediculus idem quod petiolus. Stricte ſumitur pro petiolo florigero.

Pedunculus, eſt proximus floris vel fructus caulis, a quo propendent, hinc idem ac petiolus.

Petalum dicitur corollae foliolum, ſi ex plurimis, fruſtris conſtat.

Perianthium vid. calyx.

Petiolus eſt proximus folii caulis, a quo propendet.

Pinnae vocantur foliola coniugata, vni coſtae adhaerentia, vel etiam ſunt profundae foliorum inciſurae.

Pinnae pinnatae, quando foliola coniugata profundis inciſuris, minores pinnulas repraeſentant.

Piſtillum. Eſt ea pars quae floris centrum inter ſtamina occupare ſolet, quaeque multiformis eſt. ſaepe unicum, ſaepe plures ſtylos, ſaepe germina in tuberculum collecta manifeſtat. Piſtillum perfectum debet

debet conſtare ex baſi ſiue *germine*, ex *ſtylo* ſiue parte media, ex ſummitate quae *ſtigma* audit.

Placenta eſt pars fructificationis capſulis fructuum affixa, cui ſemen adhaeret, et ex qua alimentum trahit; aliis dicitur *thalamus*.

Planta eſt corpus hydraulico - organicum, quod radicibus et ſeminibus ſemper, foliis, floribus et caulibus plerumque donatur, hoc nomen competit arbori, frutici, ſuffrutici, herbae. Soli natalis intuitu dicuntur, terreſtres, maritimae, marinae, paluſtres, montanae, ſylueſtres.

Plantae androgynae, quae flores androgynos ſ. hermaphroditos gerunt.

Plantae angioſpermae. vid. angioſperma.

Plantae capitatae, RIVINO vocantur iſtae, quarum calyces ſemina continentes a flore delapſo in ventrem ſquamoſum capitis aemulum extumeſcunt.

Planta completa. quae omnibus plantae partibus aut ſaltem plurimis gaudet, veluti radice, ſcapo, caudice, foliis, floribus etc.

Plantae dicotyledones. v. cotyledon.

Plantae foemininae dicuntur, quae ſolis floribus foemininis gaudent.

Planta gymnoſperma. quae ſemen nudum fert.

Plantae hermaphroditae idem ac plantae androgynae.

Plantae hybridae vocantur quae et herma-

phro-

phroditis et maſculinis et foemininis ſimul inſtruuntur floribus.

Plantae leguminoſae quae florem papilionaceum habent.

Plantae mares vel *maſculinae*, quae flores maſculinos unice gerunt.

Plantae monocotyledones vid. monocotyledones.

Plantae pappoſae vid. pappus.

Plantae ſiliquoſae et *ſiliculoſae* RAII conſtituunt cruciformes TOVRNEFORTII.

Plantae ſcandentes quae et capreolis et ramorum naturali flexilitate vicina quaeuis apprehendunt, et altius prorepunt.

Plantae vmbelliferae. quarum flores vmbellas formant.

Pluma vel *plumula* eſt ſtyli germinis pars ſuperior ſiue ſtigma piſtilli, dicitur etiam de ſeminibus villoſis et thalamis, quibus implantantur.

Pollen Botanicis audit puluis iſte flauus plerumque, qui ex maturis apicibus vel antheris effunditur, eſtque propria genitura in organis floris maſculinis.

Pomum. Species fructus cum multo pericarpio carnoſo et eduli.

Pulpa pars illa fructuum et ſeminum medulloſa, quae pultem conſiſtentia refert.

Racemus eſt florum denſe coagmentatorum figura faſtigiata.

Radix eſt plantae pars terrae vtplurimum affixa, a quae nutrimentum trunco caulibus,

bus, foliis, ramulis, floribus, per tubuloſam vegetabilium fabricam, impertitur. Triplex eſt, bulboſa, tuberoſa, fibroſa.

Radix bulboſa eſt, quae ex lamellis ſibi impoſitis vtplurimum conſtat, eſtque ſolida, tunicata, ſquamoſa, aggregata.

Radix fibroſa, quae ex meris filamentis conſtat, eſtque perpendicularis, horyzontalis, carnoſa, capillacea, verticillata, ſimplex, ramoſa etc.

Radix tuberoſa, quae ex plurimis fruſtis articulatim coniunctis conſtat. Eſt pendula, vel ſeſſilis.

Radicula habetur pro tenui illa radice, qua donatur corculum ſ. germen ſeminis, in tubum ſe explicans.

Receptaculum floris idem ac placenta vel thalamus.

Rictus dicitur, ſi in floribus bilabiatis labia parum conniuent vt iis diductis faux tandem conſpiciatur.

Semen eſt pars plantae, quae terrae commiſſa ſimilem plantam procreat, a qua prius genitum eſt; vnde ſemina id repraeſentant, quod ouula in animalium regno.

Semen callosum quod cruſta veluti cartilaginea donatur.

† 2. *Cuſcuta minor* T, Epithymum C. cuſcuta minor. C. B. P Epithymum TAB. Epithymi herbae offi-cin: variet: pr. habitant praeſertim in vrtica maiori, tum etiam in lupulo, lino, cannabe, ſide-ritide, rubia, geniſta, etc. harum plantarum vires ſibi proprias faciunt. Beckmanns Mühle flor. Iul.

Ord. III. Piſtillum abit in vnicum ſemen. *Camphorata.*

I. *Cal.* nullus. *Cor.* campaniformis limbo, quadripar-tito. *Stam.* VIII. *Piſt.* *Per.* capſula coreacea ouata vnilocularis. *Sem* vnicum. Quoad externam habitum huic generi magna eſt conuenientia cum Erica.

Camphorata. Tournef.

† 1. *Camphorata hirſuta* C. B. P. T. *Mem.* RVPP. ſelago caule procumbente floribus ſparſis LINN. *H.* C. floret. Iul. in ſabuloſis. *Cl.* LINNEVS *in noua edi-tione generum L. B.* 1742. hanc ſpeciem ex ge-neribus ſelaginis expurgit, et inde nouum ge-nus ſub nomine polycnemii condidit.

Ord. IV. Piſtillium abit in fructum ex vaginulis vel ſquamulis conſtantem. Asclepias.

I. *Cal.* quinquefidus perſiſtens *Cor.* patens multifida cum nectario. *Stam.* V. filamentis deſtituta. *Piſt.* *Per.* vagi-nae membranaceae binae ad apicem dehiscentes. *ſem.* multa papposa receptaculo nexa.

Asclepias.

1. *Asclepias albo flore* T. C B. P. Asclepias ſeu vince-toxicum multis floribus albicantibus L. B. Hirun-dinaria TRAG. et off. Asclepias foliis ex ouato-lanceolatis, glabris floribus racemoſis albis, HALL. *Helv.* Aſclepias caule erecto ſimpliciſſimo her-baceo foliis cordato-lanceolatis, racemis conglo-meratis alternis. LINN. *F. S.* Schwalben Wurtz. auf denen Reiswendiſchen bergen it. Neuendorfer Heyde.

2. *Aſclepias anguſtifolia flore floreſcente* T. Im Cunersdorfiſchen Buſche.

Ord. V. Piſtillum ſurgit ex fundo floris ſtaminibus in-ferne veluti in tubum concretis circumdatum, abitque

omnes

Spinae ſunt proceſſus plantae breues et acuti, qui ex baſi latiori in cuſpidem deſinunt, innaſcuntur foliis, ramis, caudici etc.

Stamina conſtant ex filamentis ſ. capillamentis et antheris ſeu apicibus, quos ſuſtinent. Vtraque conſtituunt organa genitalia maſculina in floribus maſculinis, et hermaphroditis.

Stigma eſt pars piſtilli ſuprema, vuluam ſeu partes genitales exteriores foemininas repraeſentans.

Strobilus ſpecies fructus ex ſubtilibus ſquamis floralibus polline plenis; aliis idem ac conus.

Stolones ſunt nouae plantarum ſoboles, e radicibus fruticantes, per quas plantae quoque multiplicantur.

Stylus eſt pars piſtilli media ſtyliformis concaua inter ſtigma et germen, vaginam vterinam repraeſentans, aliis dicitur tuba vel tubae, ſi plures ſunt, interdùm deficit, ſtigmate ouario incumbente.

Suffrutex planta frutice humilior, caulibus duris lignoſis, annuis, conſtans, haud gemmipara.

Surculus, quod ex ramis ſimplex ac indiuiduum oritur.

Syſtematicus in re herbaria de diſpoſitione

plantarum in certas claſſes, ordines, genera, ſpecies, varietates ſollicitus eſt.

Talea Ramus vtrinque absciſſus, qui in terram defixus poli inſtar radices agit.

Teſta capſula tenuis, dura, fragilis, quorundam ſeminum.

Thalamus eſt fundus calycis florum floſculoſorum, ſemifloſculoſorum, radiatorum, cui floſculorum et ſemifloſculorum embryones implantantur.

Thyrſus eſt ſpica magna et craſſa.

Tomentum. Lanugo illa denſa, qua folia cauleſque multarum plantarum obducuntur.

Tracheae ſunt organa plantarum tubuloſa, interna, quae aerem per plantas transmittunt, dicuntur etiam fiſtulae ſpirales.

Truncus triplex eſt caulis, culmus, ſcapus in herbis ſ. ſuffruticibus, caudex in arboribus.

Tuba, idem quod ſtylus in piſtillo.

Tubus pars corollae inferior, calyci vel thalamo cohaerens.

Turiones, tenella plantarum cacumina, verno tempore cum foliis e terra erumpentes.

Vagina, *vaginula* theca ſiue inuolucrum nonnullorum ſeminum, quod ad gladii vaginam, quoad formam, accedit.

Valuae

Valuae vſurpantur pro lamellis illis planis aut imbricatis, quae ſepto intermedio ſiliquarum vtrinque adhaerent, et maturis ſiliquis dehiſcere ſolent, tanquam forent bifidae.

Verſus florum eſt eorum certam verſus plagam quaedam diſpoſitio.

Verticillum circinatus florum vel foliorum ambitus, qui cauliculos herbarum coronat.

Vexillum eſt floris papilionacei ſuperius petalum.

Vimen ſ. *vincimen* eſt omne virgultum lentum et flexile ad ligandum aptum natum; vnde viminei caules et rami.

Viticulae ſunt cauliculi humi iacentes et repentes.

Umbella adeſt, vbi ſinguli pediculi florales longiores, in capitula quaedam ex eodem centro prodeuntia colliguntur, circinato diſpoſita.

Umbilicus denotat floris centrum ex quo piſtillum emergit. In fructibus audit veſtigium floris vel calycis emarcidi. In ſeminibus deſignat punctum ſ. tuberculum ſ. foueolam a reliqua ſuperficie ſeſe diſtinguentem.

Claſſes Syſtematis.

Omnibus vegetabilibus ſunt vel

- *I Flores*
  - *ſimplices petalodaei*
    - *monopetali*
      - *regulares*
        - *1 Campaniformes*
        - *2 Infundibuliforme*
      - *irregulares*
        - *3 Monopetali anom*
        - *4 Labiati*
    - *polypetali*
      - *regulares*
        - *5 Cruciformes*
        - *6 Roſacei*
        - *7 Roſacei Vmbella*
        - *8 Caryophyllaei*
        - *9 Liliacei*
      - *irregular.*
        - *10 Papilionacei*
        - *11 Anomali polyp*
- *II Flores compoſiti petalodei.*
  - *12 Floſculoſi*
  - *13 Semifloſculoſi*
  - *14 Radiati*
- *III Flores apetali ſ. ſtaminei.*
  - *15 Apetalae non iul*
  - *16 Apetalae iulife*
  - *17 Apetalae coni*
  - *18 Gramina et ad*
- *IV Florum partes analogae*
  - *19 Epiphylloſperm*
  - *20 Muſci*
  - *21 Algae*
- *V Flores nulli*
  - *22 Fungi.*

Melo.

† 1. *Melo vulgaris.* T. C. B. P. RVPP. Melones. I. B. Melonen. Hort. Iun. Iul.

2. *Melo reticularis* I B. RVPP.

III. Omnia cucumeris. Fructus citrum aemulans, edulis. Folia laciniata.

Anguria.

Anguria citrullus dicta. T. C. B. P. RVPP. Citrullus folio colocynthidis ſecto, ſemine nigro, quibusdam anguria. I. B. Hort. aeſt.

IV. *Cal.* monophyllus deciduus campanulatus. *Cor.* campaniformis patens, laciniis quinque profundiſſime ſectis. *Stam.* tria. *Piſt.* germen infra receptaculum floris. *Per.* pomum forma diuerſa teres, longum, lagenae formae ſexloculare. *Sem.* plana oblonga gemino ordine poſita.

Cucurbita.

1. *Cucurbita longo folio molli flore albo.* T. C. B. P. I. B. Hort. Iun. Iul. Kürbiſſe.

2. *Cucurbita lagenaria* T. I. B. cucurbita lagenaria folio molli flore albo C. B. P. ib.

V. Omnia cucurbitae. *Fructus* pyriformis verrucoſus, tria ſeminum loculamenta. *Semina* margine tumido cincta.

Pepo.

† 1. *Pepo oblongus.* T. C. B. P. RVPP. Pepo maior oblongus. DOD. Kürbiſſe. Hort.

† 2. *Pepo vulgaris.* RAII. T. RVPP. cucurbita maior rotunda flore luteo, folio aſpero. C. B. P. Hort.

† 3. *Pepo rotundus aurantii forma* T. C. B. P. RVPP. cucurbita medio crocea. I. B. Hort.

VI. Omnia cucurbitae. *Fructus* maliformis carnoſus ſtriatus angulatus quinqueloculariş. *Sem.* compreſſa diſtincto margine deſtituta.

Melopepo.

† *Melopepo compreſſus.* T. C. B. P. TAB.

VII. *Cal.* monophyllus deciduus germen coronans. *Cor.* campaniformis patens laciniis V. profundiſſime ſectis. *Stam.* III. *Piſt.* germen ſub receptaculo floris. *Per.* pomum ſiccum turbinatum, valde verrucoſum triloculare vi elaſtica diſſiliens. *Sem.* plana calyptra obducta.

Momordica.

† *Momordica vulgaris.* T. RVPP. Balſamina rotundifolia repens ſ. mas. C. B. P. Balſamina cucumeraria. I. B. Hort. aeſt.

VIII. *Cal.* monophyllus campaniformis deciduus. *Cor.* campaniformis patens quinquepartita calyci adnata. *Stam.* III. *Piſt.* germen ſub receptaculo. *Per.* bacca globoſa vel ouata. *Sem.* ſubrotunda pericarpio adnata. Planta clauiculata ſcandens.

Bryonia.

Bryonia alba baccis nigris. T. C. B. P. Vitis ſ. bryonia nigris baccis. I. B. Bryonia foliis palmatis, vtrinque calloſe ſcabris. LINN. *H. C. F. S.* Bryonia foliis quinquangulis ſcabris. HALL. *Helu.* Quibusdam eſt varietas Bryoniae baccis rubris: fl. Iun. Bey Tiefenau.

IX. *Cal.* quadripartitus foliolis ſeſſilibus deciduis germini inſidentibus. Flores maſculini et foeminini in eadem planta. *Cor.* ita calycem dixit. Tournef. *Stam.* IV. ſine filamentis. *Piſt.* *Per.* bacca globoſa vnilocularis. *Sem.* vnicum. vtrique flores in faſciculos connaſcuntur. planta paraſitica.

Viſcum.

Viſcum baccis albis. T. C. B. P. Viscum quernum et aliarum arborum. I. B. Viſcum TAB. LINN. HALL. Miſtel, Vogelleim.

Ord. VII. Calyx abit in fructum ſiccum *Campanula, Linnaea, Rapunculus.*

I. *Cal.* quinquepartitus germini impoſitus. *Cor.* campaniformis ſemiquinquefida. *Nectarium* in fundo floris

floris. *Stam.* V. *Piſt. Per.* fructus membranaceus ſubrotundus tri-quinquelocularis. *Sem.* numeroſa placentae affixa.

Campanula.

1. *Campanula vulgatior foliis vrticae vel maior et aſperior.* T. C. B. P. RVPP. LOES. campanula maior et aſperior. I. B. ceruicaria maior. TAB. campanula foliis aſperis, imis cordatis, reliquis longe acuminatis, ſerratis, calcibus hirtis, ala multiflola. HALL. *Helu.* campanula caule angulato calcyibus pedunculatis ſimplicibus, laciniis ciliatis. LINN. *F. S.* Halskraut Iul. Off.

2. *Campanula vulgatior foliis vrticae vel maior et aſperior flore candido.* T. C. B. P. LINN. HALL. *Helu.* var. pr. Hort.

3. *Campanula pratenſis flore conglomerato.* T. C. B. P. LOES. RVPP. Trachelium minus multis. I. B. ſymphitum petraeum conſolida petrea I. TAB. campanula floribus ſeſſilibus congeſtis, latioribus, foliis inſidentibus. HALL. *Helu.* campanula caule angulato, floribus ſeſſilibus capitulis terminatricibus. LINN. *Fl. S.* flr. Iun. Franckf. Wieſen.

4. *Campanula minor rotundifolia vulgaris.* T. C. B. P. Campanula parua Anguillarae Cantabrica. I. B. Rapunculus ſylueſtris minor. TAB. campanula foliis radicalibus cordatis, ſerratis, caulinis, linearibus, integris. HAL. *Helu.* campanula foliis radicalibus reniformibus caulinis linearibus. LIN. *H. C. F S.* wilde Rapunzlen *

5. *Campanula minor rotundifolia flore in ſummis cauliculis floſculis coeruleis.* T. C. B. P. campanula foliis caulinis lanceolatis ſerratis decurrentibus. LINN. *F. S.* HALL. eſt var. (4). videtur vero varietas Rapunculi ſylueſtris flore ex purpureo candicante. TAB. Beckm. Mühle.

D 4   6. Cam-

* Pauperes defectu rapunculi hortenſis hiſce delectantur radicibus.

3. *Oxys lutea.* T. I. B. Trifolium acetoſum corniculatum C. B. P. Oxalis caule ramoſo pedunculis multifloris LINN. H. C. Acetoſella flore luteo capſula corniculata RVPP. aeſtate.

VII. *Cal.* nullus. *Cor.* campaniformis quinquepartita. *Stam.* V. *Piſt.* *Per.* capſula globoſa vnilocularis. *Sem.* exigua placentae adfixa.

Glaux.

1. *Glaux latiore folio thuringica.* C. B. P. Glaucoides maritima ſ. potius Thuringica latiore folio RVPP. Alſine bifolia fructu coriandri radice geniculata LOBEL. *Pr.* Glaux LINN. *H.* C. Vogelkraut mit Coriandeꝛſaamen auf der Bullwieſe bey der erſten Tzetſchnauiſchen Wieſe.

VIII. *Cal.* monophyllus ſcuta lunata vel rotunda repraeſentans. *Cor.* campaniformis globoſa. *Stam.* plura receptaculo inſerta. *Piſt.* trigonum. *Per.* capſula triloba, trilocularis, ſtilo elongato propendens. *Sem.* oblonga.

Tithymalus.

1. *Tithymalus Cypariſſias* T. C. B. P. Eſula ſ. officinarum *Caeſalp.* I. B. TAB. Tithymalus foliis ad caulem linearibus, obtuſis, radiis vmbellae plurimis petalis lunatis. HALL. *Helu.* Wolfsmilch, Eſelsmilch.

2. *Tithymalus cypariſſias capitulo rubente* T. C. B. var. pr.

